



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum homo possit satisfacere Deo de aliquo peccato
mortali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

aliā non : sicut dicitur in Amos, quando quis de vno peccato penitet & de alio non. Postea ponit auctoritatē Ambroſi qn̄ dicit, q̄ si fides defit pgn̄a fatisfacit vt possit de alio peccato fatisfacere. Postea ponit ad idem vna ratio nem ipsorū qua ratis est: aliquis qui de vno peccato pñnit & fatisfacit aliis tacitus de quibus postea si confessus fu erit nō videtur rationabile quod pro peccato illo iterato fatisfaciat, nec videtur rationabile secundum consuetudinem eccl̄ie pro eodem peccato non iterato illi pñnitentiam bis imponi, ergo similiter illa fatisfactio qua de vno peccato fatisfacit est sufficiens. Postea respondet ad ista, & primo ad auctoritatē Greg. qua est intelligenda quantum ad operis desertione, & non quantia ad venia. potest enim aliquis vnius peccati opus deferre & non alterius. Non consequitur tamen venia: quod probat per dictum euangelici, ut patet in litera. Ad auctoritatē autē Ambroſi respondet, q̄ fides accipit ibi pro cōscientia sub hoc sensu, q̄ cūm aliquis haber peccatum de quo non habet con scientiam quia nō recolit, & cūm flagellatur à Deo cogitat q̄ forte hoc sit pro aliquo peccato fuis & patiente fuit: tunc illa pena fatisfacit pro peccato ignorato vel ei reuelatur. Ad rationē aliorū respondet q̄ fatisfactio de vno peccato sine alio nō valer: tunc cōtra hoc accipit auctoritatē euangeli Lucae. ii. dñe eleemosynam & mun da sunt vobis omnia. ut sic videtur etiam q̄ impñnitentes dando eleemosynā fatisfaciant de peccatis. Ad hoc enim responder Magister, cūm eleemosyna sit opus misericordie, & scriptum sit, misere anima tua placens Deo, prius debet homo dare sibi eleemosynā quam alteri, qui au tem impñnitentes est nō miseretur anime sua, cūm scriptum sit: qui diligit iniquitatem odio anima sua, & ideo prius debet homo misereri anime sua penitendo & postea dare aliis eleemosynas corporales. Postea ponit opiniones aliquorū dicentium, q̄ licet fatisfactio non valeat de vno peccato sine alio, valebit tamen quando de alio peccato agetur pñnitentia: quod probatur per duas auctoritates Augustinī positas in litera. Magister autem respondet ad illas auctoritates dicens, quod Augustinus non intellexit q̄ bona que sunt ab aliquo quandiu est in peccato viuuntur per sequentem pñnitentiam: & si intelligeretur de bonis factis in peccatis, expoundendum esse quod valent ad diminutionem pñcti inferni & non ad consecutio nem pñcti æterni. In fine epilogat de prædictis. Et in hoc terminatur &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum homo possit fatisfacere Deo de aliis
quo peccato mortali.

Tho. i. q. 1. ar. 2. & q. 8. ar. 3.

Circa distinctionem istam queritur primo de fatisfatione. & secundo de partibus eius que sunt eleemosyna, ieiunium, & oratio. Circa primum queritur vtrum homo possit fatisfacere Deo de aliquo mortali peccato. Et arguitur q̄ non: quia secundum Ansel. cur Deus homo, per illa sit fatisfactio que non possit a homine exigiri nisi peccasset, sed quicquid est vel est potest in nobis posset Deus a nobis exigere, etiam si nō peccassimus ratione beneficij creationis, ergo per nihil quod sit in nobis possumus Deo fatisfacere.

Item grauius est peccatum actuale mortale q̄ origina le, quia actuale mortale meretur penam damni & sensus, originali verò debetur pena damni tantū: sed pro peccato originali nō potest purus homo fatisfacere, ergo nec pro peccato actuale.

IN CONTRARIUM arguitur: quia Deus nihil præcipit impossibile, sed Deus præcipit pñnitentiam pro fatisfactione. *Luc. 3.* Facite dignos fructus pñnitentiæ, quare &c.

4. RESPONSI O. Videndum est primo quid sit fatisfactio, secundo an homo possit fatisfacere Deo.

5. Quantum ad primum scindendum est, q̄ fatisfactio est actus iustitiae commissus per offendam, ad æqualitatem iustitiae per emendam, & differt a restitutione propriæ de ita. Cum enim iustitia ordinet hominem ad alterum qui ordo potest esse vel quo ad res exteriores vel quoad actiæ & passiones duplicitate potest se homo habere iniustæ ad alterum, vel in rebus tantum iniustæ eas subtrahendo

Sancto Porciano

vel retinendo sine iniuria personæ: vt in vñura, vel in acti onibus iniuriando alteri tantum verbo vel facto, etiam si de rebus exterioribus nihil subtrahat. Prima inæqualitas reducitur ad æqualitatem iustitiae per restitutioem, sed secunda reducitur ad æqualitatem iustitiae per fatisfactionem. Quandoq; tamē restitutio accipit pro fatisfactione, sed propriæ loquendo restitutio est tantum de rebus exterioribus iniuste habitis, fatisfactio autem est pro iniuriis iniuste illatis. Ex quo patet, q̄ licet ad restituionem sufficiat reducere ad æqualitatem iustitiae in rebus, ad fatisfactionem tamen requiritur reducere ad æqualitatem iustitiae & amicitie, quia iniuria actio nō solum est contra iustitiam, mō etiam contra amicitiam: est iustitiae fatisfactio recompensatio offensæ per emendam ad reconciliandam amicitiam. Et hæc de primo.

6. Quantum ad secundum an homo possit fatisfacere Deo pro aliquo peccato, dicendum q̄ cūm fatisfactio sit actio iustitiae reducentis id quod est inæqualis ad æqualitatem, oportet in fatisfactio propriæ dicta estæ qualitatem inter offensam & emendam. Äqualitas autem ita duplicitate potest accipi, scilicet vel secundum absolutam cōparationem rei ad rem, & ita est æqualitas propriæ dictæ, vel potest accipi solū secundum acceptiōem illius cui fit emenda, & hæc est æqualitas interpretatiæ solum. Dicendum ergo q̄ accipiendo fatisfactionem propriæ quæ requirit æqualitatē rei ad rem, sicut impossibile est hominem Deo fatisfacere pro aliquo peccato, accipiendo tamē laicæ fatisfactionē prout requirit solum æqualitatem emendi ad offensam secundum diuinam acceptiōem, possibile est hominem deo fatisfacere. Primum patet sic: nō minus efficitur homo debitor deo ratione peccati commissi q̄ ratione beneficij accepti, sed homo non potest reddere deo aliquid æquivalens secundum quantitatem rei pro beneficis acceptis, in honoribus enim & ceteris que sunt ad deos & parentes, impossibile est reddere æquivalens etiam secundum Philos. ergo similiter homo non potest reddere Deo emendam æqualem secundum quantitatem offensæ peccati commissi. Secundum sic patet: quia amicitia nō exigit æquivalens secundum rem, sed illud quod est possibile, vt dicitur. *s. Ethic.* licet acceptatio est amicitia, ergo sufficit ad fatisfactionem largè dictam redire æquivalens secundum diuinam acceptiōem. Et si tūd est homini possibile cum acceptatio amicitie sit solum de possibili.

7. Quidam tamē dicunt, q̄ licet homo ex se non possit fatisfacere reddendo æquivalens, potest tamē per hoc q̄ sibi cōmunicatur meritum passionis Christi, quod fuit aliquo modo infinitum. Sed videtur primum melius dicendum, quia nec ipse Christus secundum q̄ homo potuit Deo reddere pro seipso æquivalens beneficis acceptis. Cum ergo quicquid erat in Christo secundum naturam humanam esset totum obligatum Deo & ei debitum, nō potuit esse fatisfactio de condigno pro quounque peccato consideranda naturam operis vel rei, sed solum secundum acceptationem dei gratuitam. Et sic patet secundum. Contra prædicta arguant quidam dicentes, q̄ prædicta determinatio tollit omne meritum & omnem possibilitatē fatisfactiæ: quod probatur, quia qui nihil habet quod possit solvere in nullo potest fatisfacere: sed secundum prædicta quicquid homo habet est debitum Deo ratione beneficij iā accepti, ergo nullus potest aliquo modo fatisfacere pro delicto commissio. Eodem etiā modo tollitur meritum, quia nullus meretur, quia non habet aliquid quod possit impendere pro pñctio: sed secundum prædictum nullus homo habet aliquid quod possit impendere pro pñctio, ergo nullus homo poterit aliquid mereri. Sed ista sunt fata fruula: quia bene concludunt, q; nullus potest Deo fatisfacere de condigno secundum æqualitatem emendi ad offensam, nec mereri de condigno frumento & propriæ sumptu vitam æternam, & hoc est concedendum. Sed de congruo secundum gratuitam Dei acceptationem potest homo mereri apud deum, & fatisface re de peccato commissio. nec prædictæ rationes probant oppositum: acceptat enim Deus nostra bona opera, ut meritaria & fatisfactoria, quanvis sint in nobis ab ipso, & quanvis non reddamus ei nisi quod suum est, sicut scri

Lib. IIII. Distinctio. XV.

Scriptum est. 1. Paral. 29. cap. Tua sunt Domine omnia, & quae de manu tua accepimus, reddimus tibi. Et haec opus magis consonat pietati fidei quanto minus attribuimus nobis & plus Deo. ut dicat quilibet bonus cum Psal. Salum me fecit quoniam voluit me. & illud ad Rom. Non est voluntatis neque currentis, sed Dei misericordis.

2 Ad primum arguendum, quod secundum ordinacionem diuinam satisfactio non sit per opera praceptorum quae Deus a nobis exigit etiam si non peccauerimus, vnde sunt debita & non satisfactoria aliquis penam: & sic loquitur Anselmus cum dicit: Per illa opera sit satisfactio, quae non possent ab homine exigiri nisi peccasset: opera enim praceptorum exigit Deus ab homine, etiam non peccante. Et sic non excluditur, quin per alia a praceptis positum homo Deo satisfacere quantum ad eius acceptationem. Verum quia Deus posset de potentia absoluta exigere omnia opera quae homo posset facere, ideo nullus homo potest satisfacere Deo de cogito secundum aequalitatem emendata ad offensam.

3 Ad secundum dicendum, quod non est simile de peccato originali & actuali, ut communiter dicitur: quia origine fuit peccatum totius naturae, & ideo non potuit fieri pro eo nisi per potentiam quam aequaliter, vel praponderareretur toti naturae quam non potuit esse in pura creatura, peccatum autem actualiter, licet sit gravior, est tamē personae & non naturae. Vel potest dici quod Deus posset conferre puram creaturam, ut possit satisfacere de peccato originali, ut tangat personam suam propriam, sicut pro peccatis actuali. Adam etiam satisfecit pro suo peccato actuali quatenus fuit personale in quantum vero peccatum originali, quod fuit totius naturae, quatenus in ipso erat tota natura, non videtur quin etiam Deus de potentia absoluta potuerit puram creaturam conferre tantam gratiam, ut possit satisfacere pro peccatis originali non unius tantum, sed etiam omnium, ut dictum fuit lib. 3.

Q U E S T I O N E C E N T R A L I S.

Vtrum aliquis possit satisfacere de uno peccato non satisfaciendo de altero.

Tho. 3. q. 86. ar. 3.

Secundum queritur vtrum homo possit satisfacere de uno peccato non satisfaciendo de altero. Et arguit quod sic: quia eorum quae non habent connexionem ad inuidum unum potest auferri sine alio, sed peccata non habent connexionem ad inuidum, alias qui haberet unum habaret omnia, ergo unum potest auferri per satisfactio- nem sine alio.

Item Deus est magis misericordis homo, sed homo recipit satisfactionem unius debiti sine alio, ergo Deus recipit satisfactionem unius peccati sine alio.

Item si fuerint aliqui iniuncta multa ieiunia vel eleemosyna, & in peccatum cadens ea perficerit non iniungitur ei quod iterum ieiunet, vel tot eleemosyna det, iniungatur autem si per ea satisfactio non sufficit impleta, ergo &c.

4 IN CONTRARIUM arguitur: quia eleemosyna & ieiunium & oratio sunt partes satisfactionis, ut dictum fuit: sed per ista non sit satisfactio si homo sit in aliquo peccato, ergo nullus potest satisfacere pro uno peccato existens in alio. Minor pater quantum ad ieiunium, quia Efa. 8. Ieiunium eorum qui ad lites & contentiones remabant non dicitur esse acceptum, sed & de oratione sicut Efa. 1. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam, &c. Et de eleemosyna vero dicit Apost. 1. Cor. 15. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam nihil mihi prodest, igitur.

5 RESPONSI. Ita quod potest duplificiter intelligi secundum quod satisfactio potest duplificiter accipi. Vno modo potest accipi satisfactio prout includit simul & pro eodem tempore reconciliationem amicitie, & solutionem penam debite. Alio modo prout includit solutionem penam debite pro offensa supponendo reconciliationem amicitie precedentem, & secundum hoc quod potest intellegi duplificiter. Vno modo sic, utrum homo existens simul in pluribus peccatis possit reconciliari Deo quantum ad unum eorum, & exoluere penam pro illo debitam, & non quantum ad aliud. Alio modo supposito quod aliquis de uno

Quodammodo II.

peccato fuerit contritus & deo reconciliatus & penitentiam sibi iniunctam recepit, si ante solutionem penam includat in aliud mortale, vtrum in illo peccato mortali existens possit de primo satisfacere exoluendo penam?

6 Quantum ad primum intelligendum, quodammodo non est multum dubitabile: clarum est enim quod homo existens in pluribus peccatis non potest de uno satisfacere sine alio, prout satisfactio includit reconciliationem amicitiae & solutionem penam debite. Cuius ratio est, quia impossibile est fieri reconciliationem amicitie hominis ad Deum quandiu in homine est impedimentum amicitie contrarium, sed quandiu homo in aliquo peccato mortali manet, tandiu est in ipso impedimento diuina amicitia contraria, quia illa est per charitatem quae vniuersa delicta operit. Prou. 4. ergo quandiu homo est in aliquo peccato mortali impossibile est quod reconcilietur deo de alio: sed satisfactio primo modo accepta includit reconciliationem, ergo &c. De hoc habetur de penit. dist. 2. cap. tunc plures. & est Aug. Itud enim verum est in satisfactione quae est inter homines. Si quis enim in pluribus offendat alterum, si non velit reconciliari nisi quoad unum & non quoad alterum, reputaretur derisorum.

7 Si vero quodammodo intelligatur secundo modo, scilicet vtrum homo qui reconciliatus est deo de aliquo peccato mortali per contritionem & tenerur ad penam satisfactionem, si postea cadat in peccatum mortale, & in tali statu faciat penitentiam an sit in pena liberatus. Si quodammodo est magis dubium, quia non solum diversi, sed unus & idem in diversis locis contraria opinantur. Quibusdam enim videtur quod sit liberatus, quia talis est solum debitor penae certe & finit. Sed illam exoluit, ergo non potest ab eo plus exigiri. Item secundum iustitiam humana si quis penam tanta & acceptarum pro precedente offensa sibi dimissa exoluit, etiam postquam de novo offendit, liberatus est totaliter, ergo similiter si secundum iustitiam diuinam. Item si non efficit liberatus ab hac pena & exolueret eam in inferno, aut ergo solueret finitam, aut infinitam: si finitam eadem ratione finita pena facta in peccato mortali debuit sufficere; si infinitam videtur inconveniens, quia non erat debitor nisi penae finit. Item videtur inconveniens quod homo tantum puniatur pro peccato quod fuit sibi vere dimissum: sicut pro peccato quod nunquam fuit sibi dimissum, alioquin nihil prodebet contritio nec confessio. Sed istud sequeretur si pro peccato dimisso puniretur eterna pena in inferno, ergo &c. Et si dicatur quod nihil prohibet quod aliquis puniatur aequali pena pro peccato dimisso ac si non fuisse dimissum non quidem per se: quia in dimissione culpe dimittitur reatus penae aeternae, sed per accidentem, sicut ratione status, & quia in inferno nulla est redemptio, non valet, quia in inferno non sit status expiandi penam, hoc est quia non est ibi status expiandi culpa, & ad culpam sequitur pena. Sed istud non habet locum quod penam debitanum dimisit culpe, quia illa iam est expiata. Et hoc expedit tener. Fra. Tho. infra, dist. 20. art. 1. in solutione 5. articuli.

8 Alii dicunt quod per talem penitentiam factam in peccato mortali non liberatur quis a pena peccato debita, quia in satisfactione oportet quod restitura amicitiae, aequalitas iustitiae restituatur, cuius contrarium soluit amicitiam (verbi patet). Ethic. 10. aequalitas autem in satisfactione ad deum non est secundum aequalitatem, sed magis secundum acceptationem ipsius, ut dictum est, & ideo oportet quod si offensa sit dimissa per precedentem contritionem, quod opera satisfactoria sint Deo accepta quod dat eis charitas, & ideo sine charitate opera facta non sunt satisfactoria. Et iste modus licet sit durior, est tamen securior quam prius, & ideo magis est consulendus, primus tamen non est totaliter condemnandus.

9 Secundum hanc opinionem potest responderi ad rationes primas opinionis. Ad primam dicendum quod peccator postquam reconciliatus est, est debitor penam finitam non qualitercumque soluenda, sed in statu gratiae in quo solum est Deo accepta. Alioquin est debitor tanta penam quantam meretur culpa, & illa est infinita. Ad secundum dicendum quod non est simile de penam pro offensa commissa in hominem cui potest respondere amenda aequa

TT 3 liter